

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Radow

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Georgius Radovius, Iuris Doctor, & Prof. Publ. Ad Exequias, quas Viro ... Dn. Simono Johanni Gutzmer/ I. U. D. Primario ... Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos peramanter & officiose invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus die XVII. Martii Anno M. DC. LXXIV.]**

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525836>

Druck    Freier  Zugang



Radovius, G.,  
in S. J. Gutzmer.

R. 1674.

62.







PROGRAMMA,  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
GEORGIUS RA-  
DOVIUS,  
Doctor, & Prof. Publ.



Ad Exequias,

*quas*

V I R O

*Amplissimo atque Consultissimo;*

DN. SIMONI  
JOHANNI Gutmer/  
J. U. D. Primario,

HODIERNA HORA PRIMA,

solemniter paratas cupiunt

Liberi moestissimi,

Omnes, Omnia Ordinum Cives Academicos per-  
amanter & officiose invitati.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1674.



Uod Scythæ quondam, gens nō adeo rudis aut inconditi sensus, Ale-  
xandro Magno, suæ quoque pauper-  
tati avaras manus intentanti, in me-  
moriā inconstantis fortunæ dixisse  
feruntur: *Si homo es, id quod es, semper  
esse te cogita; id in recordationem  
mortis, & fragilis hujus vitæ, non vi-  
væ tantum voces, sed & familiaria  
exempla, & tristia funera quotidie*

nobis occidunt. Supervacaneum foret, quamvis non suā  
laude caritatum, imitari Philippum, felicissimi istius Monar-  
chæ patrem, qui sortis suæ magis sibi conscius, uni ex ephebis  
præceperat, ut quotidie prima luce ad lectum cubicularem  
adesseret, seque his verbis de homini's mortalitate admoneret:  
*Philippe homo es.* Non enim illum, quæ superbissimum fili-  
um, vana ceperat divinitatis arque immortalitatis gloria, sed  
conditionem hominum curatori perpendit judicio, depre-  
henditque eos, ut dici, ita & vere esse mortales. Hæc est im-  
mutabilis illa lex: *terra es, & in terram reverteris;* quâ omne  
genus humanum, quodque est, quodque erit, ad certissimam  
condemnatur mortem, & nullæ sane rationis capax forer, qui  
se immortalem dixerit. Ipsa vita nostra quid nisi perpetua mors  
est? Si Senecæ credimus, quotidie morimur, quotidie demis-  
tur pars aliqua vitæ, & tum quoque, cùm crescimus, vita decre-  
scit. Infantiam amissimus, deinde adolescentiam: usque ad he-  
sternum qu'cqid transit temporis, perit. Hanc ipsam, quam  
agimus, diem cum morte dividimus. Vitrum non est tam fragile,  
ac id quod firmissimum est inter mortales, & umbra, somnum,  
ventus, fumus, nomina, quibus inconstantem vitam insignire  
solemus, plus habent constantiæ. Si verum est, quod Poëtæ  
volunt, somnum esse fratrem mortis, quis hujus mirabitur  
amplius insidias, cum illum in sinu foveamus? Sed quis con-  
ciliabit tantam inter fratres discordiam, dum alter destruit,  
quod

quod alter conservat ac nutrit? Quicquid horum sit,  
sugacem atque inconstantem humanæ vitæ conditionem  
non sine ingenii acumine expresserunt. Sapientes, dum  
hominem appellant Exemplum infirmitatis, prædam  
temporis, fortunæ ludum, miseræ omnigenæ compen-  
dium; sed omnium elegantissime Psaltes Règus, *Homo*,  
inquiens, est sicut flos campi. Repræsentate animis, quo-  
niam oculis non potestis, campum omnis generis floribus  
sparsum, invenietis ibi alios propullulantes, alios in me-  
dio flore, alios denique deflorescentes; sed omnibus sunt  
brevissima vigoris sui tempora: quos primum ver pro-  
ducit, sol æstivus raro aspicit; & qui calore ac pluviis nu-  
triuntur rapidis, frigus ac nives hyemis non ferunt. Non  
melior aut durabilior humanæ vitæ status. Quam bre-  
ve spatum est à primâ infantia usque ad decrepitam se-  
nectutem? quid diu est, inquit Augustinus, ubi finis est?  
horæ volant, sic ætas nostra, sic actus nostri, sic honores  
nostri, sic miseria nostra, sic felicitas nostra. Huic vitæ  
brevitati adde ejus ærumnas atq; ineffabiles calamitates,  
& cogita: an cum Theophrasto moriente accusare Natu-  
ram yelis, quod corvis & cornicibus longiorem vitam ac  
Tibi concederit. Impensè delirasse mihi videtur Iphige-  
nia illa Tragica, cui desipere visus est, qui mori vellet,  
quaque pessimam vitam optimæ morti prætulit; & mul-  
to stolidior ille Mæcenas, qui satius duxit debilem ali-  
quem, deformem, ac, horribile dictu! acuto stipite trans-  
fixum vivere, quam mori, ex miseriâ quærentes beatitu-  
dinem. Quam sapientius illi quondam populi, qui cu-  
nas infantum recens natorum lacrymis sparserunt, fere-  
tra vero ac urnas demortuorum latis oculis aspexere, non  
alia, credo, quam humanæ miseriæ cogitatione, cuius  
initium prima esset dies, ultima vero finis. Scilicet, non  
alter in hoc mundo vivitur, ac quondam vivebatur in  
urbe Cadmi, cum quam ita erat comparatum, uti mox in-

ea audire esset pæanas, certissimæ læticia argumenta; mox  
vicissim gemitus, infallibiles calamitatis indices. Non  
hercle nascimur, aut exponimur in hunc mundum, ut  
delicias ejus delibemus secure; quippe hæ ipsæ sunt bre-  
vioris vitæ, & principium illarum unico saltim momen-  
to distat à fine. Historiatestis est, unam horam vidisse  
Reges in solio, & in pulvere; Principes in summo felicitä-  
tis cacumine, & in miseriis infimæ sortis. Ab ipsis deli-  
ciis plerumque infortunia nostra initium capiunt, & sæ-  
pius adversa fortuna est proles bonæ matris. Herbae pe-  
stiferæ reperiuntur in medio florum, nec minus floresce-  
re videoas vepretes, ac arbores frugiferas. Quid multissæ  
Brevis est humana vita & perpetuis obnoxia calamitati-  
bus, nec præter mortem ullus earum finis. Hæc non  
nisi desideratissima venit illis, qui mortalitatem hanc, &  
minantia quotidie mala penitus ad animum admittunt,  
illamq; amplectuntur, ceu miseriарum finem, veræq; feli-  
citatis exordium. Si quando foeda tempestas cum gran-  
dine & tonitrubus cœlo dejecta aggreditur navim, qua  
vicino portui imminet, annon omni conabitur nisi se  
cœlestibus minis eripere? At, quid mundus, nisi procel-  
losum, & in omnes tempestates expositū mare, in quo na-  
vigantibus nullus portus, nisi mortis est? Adeptus quoq;  
illum nuper est feliciter, Vir Amplissimus atq; Consultissi-  
mus, DN. SIMON JOHANNES GUTZMERUS, U. J. D.  
Clarissimus, qui inter æstuantis hujus maris jactus, & pro-  
cellas consenuit. Testatum id ex parte facit vitæ ejus, mor-  
tisq; historia, quam, prout nobis communicata est, inte-  
gram pertexere operæ erit pretium. Natus autem est  
Sternbergæ, anno salutis nostræ 1608. 8. Augusti inter ho-  
ram 6. & 7. matutinam ex honestâ prolapiâ, Patre Admo-  
dum Reverendo atq; Doctiss. DN. MICHAELE GUTZ-  
MERO, Pastore, & Seniore Diecæsos Sternbergensis vi-  
gilantissimo. Matre vero MARIA FABRICIA, matronâ  
omni-

omnibus, sexus sui, virtutibus insigni. Avus paternus fuit  
plurimum Reverendus & Clarissimus DN. M. SIMON  
GUTZMERUS, Pastor ac Senior Sternebergensis fidelissi-  
mus; maternus itidem Reverendus atq; Clarissimus DN.  
M. JOHANNES FABRICIUS, Pastor Sternebergensis  
meritissimus. Aviam laudat Paternam ANNAM Fan-  
ters / Prudentissimi Viri DN. NICOLAI Fanters / Con-  
sulis Sternebergensis bene meriti, filiam; Maternam, CA-  
THARINAM Hagemeisters / foeminas virtutib⁹ suis, suo  
tempore, sic satis insignes. Proavum memorat paternum  
Spectatissimum Virum, DN. GEORGIUM GUTZME-  
RUM, Civem & Negotiatorem Colbergensem primari-  
um; maternum, DN. BALTHASAREM Schmidt / Ci-  
vem quoq; & negotiatorem Jessæ in Misnia industrium.  
Hisce, claræ ac piæ memorię, majoribus, parentibusq; pie  
Defunctus noster ortus, statimq; ad regenerationis fon-  
tem deductus, non superfunctoriā curā ab his educatus  
est. Primis itaque literarum elementis, aliisq; virtutibus  
imbutus, Academias, & primò quidem nostrum salutavit  
Rosetum, ibique biennium substitit. Regiomontum de-  
inde petiit, ubi per triennium moratus, ad studiorum suo-  
rum metam felici cursu properavit. Expetitus deniq;  
digna peracti laboris præmia, Gryphisvaldiam se contu-  
lit, nomenque suum Amplissimæ Facultati ibidem profes-  
sus, Duce JCto quondam Excell. DN. MATTHIA STE-  
PHANI pro Licentia disputavit. Hinc Licentiati, mox  
Doctoris titulo fulgens, illum quoque Advocati in Di-  
casterio Meclenburgico assumvit. Quo facto, facile inve-  
nit amabilem vitę sociam, felicique matrimonio fibi jun-  
xit Nobilissimam, omniq; virtutum genere condecora-  
tam SOPHIAM von Hagens/ quæ ipsum, primo statim  
anno, elegantis filiolæ patrem fecit; sed brevi gudio:  
quippe, dum vitam infantī dedit, propriam amisit, statimq;  
eam secuta filiola. Postquam dignissimo luctu tam infeli-

cem casum prosequut⁹ esset, ad secunda transiit vota, tan-  
to feliciora primis, quanto fuere diurniora, & prole fœ-  
cundiora. In matrimonium enim duxit omnibus virtuti-  
bus instructissimam ANNAM REGINAM Hagemeisters  
prudentissimi ac Senatorii Viri, GEORGII Hagemeisters  
filiam, cum quā 29. annorum spatio pacate vixit, ac quinq;  
liberorum parens factus est. Horum duæ supersunt filiæ,  
quarum major natu, ANNA MARGARETHA feliciter  
nupsit Viro Consultissimo Dn. JOHANNI Herber-  
ding J. U. Licentiatō; minor vero, vidua quondam Viri  
Nobilis ac Strenui Dn. ULRICI JOACHIMI Krüs-  
gern/Equitum signiferi, ex quo duos suscepit filios adhuc  
superstites; JOACHIMUM-JOHANNEM & CA-  
ROLUM-SIGISMUNDUM, jam vero Viri Do-  
ctissimi, ac juris peritiā p̄̄primis conspicui, Dn. JOA-  
CHIMI Seefen prospero connubio juncta conjunx,  
ex quē eo duarum filiarum materfacta, quarum majori  
CHRISTINÆ-REGINÆ nomen inditum, altera  
CHRISTINA-SOPHIA triduo post mortem avi in  
hanc lucem est exposita, ut adeo Defunctus noster, ex di-  
lectissima hac filia, quatuor nepotes neptesque habuerit,  
tres sūltim yiderit. Ex filiis duo adhuc in vivis sunt, Am-  
plissimus sc: atque Consultissimus Vir Dn. JOHAN-  
NES-GEORGIUS U. J. D. clarissimus, & Dn. CA-  
SPARUS-HINRICUS, U. J. Candidatus florentissi-  
mus, tertius verò MICHAEL-LAURENTIUS in  
primo infantia flore vitam cum morte commutavit. Ma-  
jor natu ante aliquod tempus dignissimam vitæ sociam,  
Nobilissimam AGNETAM-SOPHIAM, Nobilissimi,  
Amplissimi, atque Consultissimi Viri, Dn. ALBERTI  
WILLEBRANDI J. U. D. & P. P. Collegæ nostri ho-  
noratissimi, filiam sibi delegit, jam vero cum Affinibus  
suis, Sororibus ac fratre inopinatum Optimi Parentis Obi-  
tum deflens. Vitam cæterum Noster non degit otiosam,

sed

sed multa ac honorifica subiit munia, & primo quidem, circa annum post  
C. N. 1654. Illusterrimi Judicij Provincialis Procurator factus, elapso vero bi-  
ennio, anno nimurum 1656 Stargardiam, in Pomerania Citeriori, evocatus,  
Syndicatum non modo, sed & Consulatum per integrum septennium, tanta-  
cum sinceritate, ac prudentia ibidec gessit, ut aegre admodum dimissus fuerit,  
cum urgentibus ita fatis, & causis aliis praequantibus, utrumque officium leg-  
itimie resignasset. Reversus igitur ad nos, causarum gravissimarum patrocinio  
invigilans, jacturam dilectissimæ suæ Conjugis paulo post, prematur quidem  
sed beatissimè tamen morte ad superos evocata, ut & alias, piis haud insolita-  
tis ærumnas, & molestias patienter non minus, quam fortiter tulit, atque in-  
viduitate ista per integrum octennium, atque adeo ad vitæ suæ finem perstet.  
Ultimo hocce anno non unus illum tentavit morbus, sed gravissimus ante-  
13 Septimanas Gustrovii illum corripuit, & quamvis hic transportato spes  
melior affulgeret recuperanda sanitatis, ipso tamen die trium Regum ite-  
rum lectio se mancipare cogebatur. De morbi genere audiamus Amplissi-  
mum atque Experientissimum DN. D. JOHANNEM BACMEISTERUM,  
Superiorum Mathematum, atque Medicinae Professorem in hac Academia  
Excellentissimum, Collegam, Compatrioti atque amicum nostrum singula-  
ritate colendum, quem una cum Experientissimo DN. BERNHARDO  
BARNSTORFIO, Medicinae D. Clarissimo, curando malo adhibuit,  
qui eundem his verbis descripsit. Quam icti querelam Cappadox Plautinus  
in Circuione Palinuro Servo interroganti, quomodo viveret, responsi loco & equi-  
dem jocose sequentibus verbis insituit, Lien necat Renes dolent, Pulmones di-  
fficiuntur, cruciat Jecur, Radices Cordis pereunt, hiræ omnes, h.e. Intestina,  
dolent. Eandem potiori jure & quidem serio jam pœ funetus Vir Nobilissimus,  
Amplissimus & Consuliissimus Dn. D. JOH. SIMON GUTZMAR. Affinis &  
Amicus meus olim honoratissimus nunc desideratissimus, ob varia que Virtus  
sustinuit incommoda repetere potuisset. Quamvis enim certum, opimum  
huncce Virum Scorbuto malo pertinacissimo per aliquot jam annos laborasse:  
Merito tamen hic attendendum idem, quod Galen. l. 4. d. loc. affect. de Hysteri-  
ca Passione notat eam nomine quidem unam esse, ast sub se innumera &  
varia accidentia complecti: Nam Prothei instar tam variata tam admiran-  
da symptomatum vicissitudine stipatum, & inimico calamitatum concursum  
corpus afflagentem ab eo statim tempore, quo primam in consilium vocatus  
sum deprehendi, ut modo de universi corporis lassitudine certa Morborum  
prænuncia Modo de crurum ad incedendum cum dolore & inanclarum efflo-  
scencia imbecillitate, modo de praecordiorum angustia, hypochondriorum in-  
flatione, Ventriculi inappetentia, nausea & dyspepsia, intestinorum tortmini-  
us, Urine suppressione aliisque infinitis symptomatibus Principem bunc  
suum

suum πολύμερον comitantibus; conquereretur. Prout autem scorbuticorum  
enervatio à Principio ad finem usque perpetua & constans non est, sed  
sua habet intervalla; Ita etiam in hoc subiecto obtinuimus interdum  
adhibitis propriatis remediis aliquas à pertinacia Morbi inducas:  
Verum radieus illum in sensili Corpore extirpare non potuimus. Ef-  
fluvia siquidem scelotyrbica & virtosibumores fermentantes, qui in Ventricu-  
lo, Liene, Epate, ramis Vena portæ & arterie cœliace ac mesenterie majoribus,  
nec non Omento ac Pancreate hospitabantur, tantam diabolice & Dæmonis  
partibus prima, secunda & tertia coctioni destinatio famulantibusque intuleo-  
rant, ut non amplius suo munere domestico in preparando, generando &  
depurando Vita balsamo defungi possent. Hinc quoque exorta est ante aliquot  
Menses Febris iuordinata quidem, exquisita tamen satis scorbutica, que ta-  
men cum suis symptomatibus per Dei graiam etiam expugnata est, atque si-  
non minima convalescentiae affulgebat spes, quandoquidem non amplius con-  
tinuo fovebatur calore, cessabat languor, adeò, ut parcissimè decumberet ple-  
rumque vestibus non exutus rediretque ex parte ad consuetos laborcs. Verâra  
scorbuti abditavia & latens minera fermentis in materia morbifica novas iterum  
symptomatum procellas, quas recensere nimis longum foret, & quidem tanta  
cum vehementia excitavit, quæ senile corpus miserrime affixerant, Viresque  
eius frustra prorsus adhibitis quibuscunque tum doloribus, tum caloripræter-  
naturali, tum languoribus, tum Cordis anxietatibus à me & Dn. D. BARN-  
STORFIO: oppositis remediis variisque confortantibus brevi adeò prostra-  
verint, ut tandem sequestratio mundanis adjumentis placide in Domino ob-  
dormiverit nobis omnibus magnum sui desiderium relinquens. Hucusque ME-  
DICUS. Nos unicum adhuc subjungimus, quod memoratu omnino di-  
gaum est. Scilicet, uti per omacm vitam suam pura mente DEum semper  
coluit, ita etiam terminum suum fatalem instare sentiens, id unice egit, ut,  
DEo suo præprimis reconciliaretur. Accersitus ergo Vir plur. Reverendus  
atque Excellentiss. Dn ENOCHUS SUANTENIUS, SS. Theol, D. & P. P.  
Archidiaconus Jacobæus meritissimus, collega noster honorandus, à quo, præ-  
via peccatorum confessione, cælesti pabulo, ceu extremo viatico Instructus est,  
ipseque eodem, octavo sc: hujus Mensis, die, circa undecimam Media No-  
ctis, cum omnibus suis valedixisset, in incredibili constantia, fide, & pietate,  
placide in Domino obdormivit, postquam annos quinque & sexaginta, &  
quinque præterea Menses in hac misericarum valle translegisset. Nostrum jam  
erit, CIVES ACADEMICI, frequentissimo comitatute testatum facere,  
quo loco nobis fuerit Vir de omnibus bonis meritissimus. Valete.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus die 22. Jan. A. O. R. M. D. C. LXXIV.  
Conventus fiet in Ede Jacobæ, circa horam I. pomeridianam.









sed multa ac honorifica subiit munia, &  
C. N. 1654. Illustrissimi Judicij Provincialis  
ennio, anno nimurum 656 Stargardiam, i  
Syndicatum non modo, sed & Consulatum  
cum sinceritate, ac prudentia ibidem gessit, e  
cum urgentibus ita fatis, & causis aliis prae  
time resignasset. Reversus igitur ad nos, cau  
in vigilans, jacturam dilectissimæ suæ Conjugi  
sed beatissimā tam en morte ad superos evoc  
tas ærumnas, & molestias patienter non min  
viduitate ista per integrum octennium, atque  
Ultimo hocce anno non unius illum tentavit  
18 Septimanas Gustrovii illum corripuit, e  
melior affligeret recuperandæ sanitatis, ip  
sum lecto se mancipare cogebatur. De m  
mum atque Experiensissimum DN. D. JOH.  
Superiorum Mathematicum, atque Medicinae  
Excellensissimum, Collegam, Compatrem  
riter colendum, quem una cum Experiens  
BARNSTORFIO, Medicinae D. Clariss  
qui eundem his verbis descripsit: Quum olim  
in Circulione Palinuro Servo interroganti, quo  
dem jocose sequentib[us] verbis insituit, Lien ne  
st. ahuntur, cruciatur Jecur, Radices Cordis pe  
dolent: Eandem potiori jure & quidem serio j  
Amplissimus & Consultissimus Dn. D. JOH.  
Amicus meus olim honoratissimus nunc desid  
sustinxit incommoda reperere possisset. Qua  
huncce Virum Scorbuto malo pertinacissimo p  
Merito tamen hic attendendum idem, quod G  
ca Passione notat eam nomine quidem una  
varia accidentia complecti: Nam Prothei in  
dā symptomatum vicissitudine stipatum, & ii  
corpus afflagentem ab eo statim tempore, quo  
sum deprehendi, ut modō de universi corpori  
prænuncia. Modo de crurum ad intedendum a  
scientia imbecillitate, modo de præcordiorum an  
flatione, Ventriculi inappetentia, nausea & dy  
lus, Urina suppressione aliisque infinitis sym

, circa annum post  
tus, elapsi vero bi-  
teriori, evocatus,  
septennum, tanta-  
um dimissus fuerit,  
que officium leg-  
marum patrocinio  
præmaturá quidem  
s, piis haud insoli-  
ter tulit, atque in-  
uæ finem perstigit.  
gravissimus ante  
c transportato spes-  
trium Regum ite-  
diamus Amplissi-  
CMEISTERUM,  
n hac Academia  
nostrum singula-  
R NHARDIO  
malo adhibuit,  
ppadox Plautinus  
responsi loco & qui-  
ent, Pulmones di-  
nes, h.e. Intestina,  
Vir Nobilissimus,  
MAR. Affinit &  
varia que Virtus  
tum, optimum  
annos laborasse:  
effect de Hysterie  
se innumeræ &  
atam admirans  
itatum concursu  
nsilium vocatus  
erat Morborum  
cnlarum efflore-  
ndiorum in-  
iorum tormenti-  
principem bunc  
suum

